

Caveamus ergo nobis à pravis cogitat: Apo: 2.

2. Quod Christus cognovit cogitationes hominum, est testimonium divinitatis Christi. Contra Arrium.

3. Quemadmodum Pharisei contra se & non pro se respondent, dum dicunt inscriptionem numismatis esse *Cæsaris*: Ita adhuc hodie omnes dolosi insidijs, Syr: 28.  
quas alijs struxerunt, se ipsos involvunt.

II. Responsio ipsa: *Reddite ergo, &c.*

Christus sic argumentatur: Subditi debent Magistratui suo porrigere, quod iure ad ipsum pertinet. Vos estis subditi Romani Imperatoris: *Reddite ergo Cæsari, &c.* Major in textu est omissa.

Minorem probant ipsi, cum dicunt inscriptionem numismatis esse Cæsaris. Concludit ergo Christus, *Reddite, &c.*

V S V S.

1. Etiam doctrina Evangelij Magistratum politicum confirmat.

2. Dent itaq; subditi Magistratui, Rom: 13.  
quod ipsi debent: verum hac conditione ne aliquid detrahatur DEO.

III. Effectus responsionis: *Mirati sunt, & relicto eo, abierunt.*

V S V S.

Non valet consilium adversus Dominum. Prov: 218  
num.

V2 Do-